Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 863

Quelle:
Copyright:

jecta hic Percenſio ad edit. *Vallarſianam* exacta docet. *Fol.* 35. p. 2. Epiſtola CX. *Aug. ad Hier.* capite trunca eſt, ab iis verbis incipiens: *Cur itaque conor contra fluminis tractum* &c. *Fol.* 140. Exhortatio quaedam ad perſiſtendum in bono, quae incipit: *Ad te manum meam extendo, quem ſentio dei tenere vexillum* &c. quamque in *Hieronymo* non reperio. Cum vero antecedat, et dictione imitetur Epiſtolam ſic dictam: *De homine penitente adhuc in ſeculo manente*, quam *Vallarſius*, ut ſpuriam, in T. XI. *col.* 230. rejecit, eundem utriusque autorem ignotum arbitror. *Fol.* 153. *Epiſtola* ſive *Sermo de Aſſumptione B. V.* hoc initio: *Cogitis me, o Paula et Euſtochium* &c. relegata ad T. XI. *col.* 92. *Fol.* 163. p. 2. *Epiſtola de officiis Eccleſiaſticis*, quae incipit: *Sufficere quidem arbitror fidei tue converſacionem* &c. eodem relegata *col.* 114. *Fol.* 172. inſertus eſt *Liber contra Helvidium: Nuper rogatus a fratribus* &c. qui in edit. habetur T. II. *col.* 205. *Fol.* 187. p. 2. *Symbolum ad Damaſum: Credimus in vnum deum patrem omnipotentem* &c. retruſum in T. XI. *col.* 145. Reliqua omnia ſincera ſunt, et leguntur, quanquam non absque aliqua dictionis diſcrepantia, in edit. *ſuprac.* T. I.

II. *fol.* 204. p. 2. ſequitur Opuſculum, quod in Indice *Codici* ſubnexo inſcribitur: *Auguſtinus ad Militem*, a *Maurianis* vero inter *Auguſtino* ſubpoſita T. VI. *append. col.* 193. *Liber exhortatorius vulgo de ſalutaribus Documentis ad quemdam Comitem*, cujus initium eſt: *Frater ſi cupias ſcire quamvis ego neſciam* &c. Codex *Colbertinus*, quem *ibid.* excitant, illud *Paulino Forojulienſi* adtribuit.

III. *fol.* 223. *Sermo* anonymus, qui incipit: *Deſiderium caritatis veſtre a nobis exigit* &c. Juvenis Senibus commendat quadruplicem caritatem, quae omnia *tolerat*, omnia *credit*, omnia *ſperat*, omnia *ſuſtinet*. Ultima: *ut eadem ipſa caritas fructum in vobis operis inveniat non folia laudis Amen.* Autorem fruſtra indagavi.

IV. *fol.* 226. p. 2. *Sermo* alter Anonymus hoc initio: *Quoniam kariſſimi in via huius vite fugitivi ſumus* &c. Ad Monachos habitum fuiſſe ſequentia ſuadent: *velox ad menſam et tardus ad eccleſiam, potens ad potandum ſed eger ad cantandum, peruigil ad fabulas, ſompnolentus ad vigilias, procax ad loquendum mutus ad pſallendum.* Item: *Hec ſunt que monachum faciunt demoniacum, conuerſum peruerſum, Clericum hereticum, Chriſtianum antichriſtum* &c.

CCXLIX. VI. D. 8.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 202. f. deperiit enim poſt *fol.* 157. aliquid, ut infra dicetur, per duas columnas probe exaratus continet praemiſſo Indice: I. Epiſtolas *Hieronymi* et quorundam *Aliorum* ad 218

Hie-